tur ova, & lacticinia, non solum diebus jeju-
niæ, sed etiam diebus Dominicis, ex cap. deni-
que 5. & ult. dist. 4. v. n. 2857.

Par autem est, ut quibus diebus à carne animantium abstinentis, ab omnibus quoque, qui seminam carnis trahunt originem, & jenenum, à latere videat, caseo, & ovis. Par est ratio; qui abstinentia à carnibus, & lacticiniis, est preceptum negativum. Item in sexta Synodo Constantiopolitanis generali celebrata anno 681.

abi Can. 56. sic dicitur. *Acceptimus, in Americo
unum regnum, & in aliis locis, in Sabatibus, &
Dominica sancta Quodagessime quodam ova,
& cæsum comedere. Viximus ergo, ut omnis Dei
Ecclesia, que est in universo terrarum Orbis unum
aduenire sequens, ieiunium perficiat: & abstineamus
ab omnibus maledictis, & ab eis, & cæso-
que quidem sicut fructus, & fatus eorum, a qui-
bus abstinemus. Si autem hoc non servare vident, si
sunt Clerici, deponantur; si laici, segregentur.*

2831 In aliis usum jejunii extra Quadrage-
menses nequaquam Temporum & vigi-
liarum, non sunt prohibita ova, & lacrimicia;
idem dic de ieiuniis ex votu, penitentia, aut
Jubilo. Doctores citrandi: n: 2839.

2832 Potus etiam vini non frangit jejunium,
quia non est comestio. Hinc mutum non
frangit jejunium, bene vero succum, quod
quis ore sumit ex uva, quia illud fumitur per
modum potus, illud per modum cibi, &
comestio. Id m: die de succo malorum pu-
carum, de preronibus, & limulis.

QUÆRÈS,

¶ 2853 An Fratres Minores in seculi ex preecepto extra Quadragesimam, Adventus, & Ferie sextae, teneantur sub mortali abstinere ab ovis, & lacteis?

A firmat Melphi in Com. cap. 3. tract. 13. q.
1. & 2. in locis, ubi est consuetudo ab-
stinenti, ut in Italia; secus in alijs Regioni-
bus, ubi non est consuetudo abstinenti. Ita
Quatuor Magistri, & Moderni expositores
Regulae, Corduba, Pelitius, Longus, quos

efert, & sequitur Melphi citat. queſ. 2.
2854 Tota ratio est confuetudo.

285 Firmat tamet potest flatus Ordini
aliam, Valit & Romano cap. 3, §. 6, num. 1.
Empore quo frustis ex precepto Ecclesiæ, vel
empore nostris infinito juvenandum est, vos sa-
cum ab eucarnium, sed etiam ab ovis, casco,
& latencies allis abstinentiam efi. Quia ita
videtur obligare ad mortale, quia et de
matorum Regula, ex facultate Eugenij IV,
oncella Capitulo Generali declarandi Regula-
tam; quam facultatem refert Cor. cap. 3, quæ
Quaratum punctum.

2856 Si autem, quid ego sentiam, cupis,
udicium ferre nolo; intellectum tamen meum,
discurrendi gratia, tibi aperiam.

Et quidem nulla mihi videtur obligatio mortalis. Ostendo: Talis obligatio ablinendis ab ovis, & lachinias in jejuniis extra Quadragesimam, ut sunt jejuna Adventus, & feria sexta, vel oritur ex natura jejuniis Ecclesiasticis, vel ex regulorum Regula, vel ex confutitudine; nullum ex his dici potest.

2857 Non prium; quia si abstinentia à laetitia et ceteris officiis de natura jejuniū Ecclesiasticis, non placet jejuniū Ecclesiasticus cum laetitiae. certum autem est, quod stat, quia comedens laetitiam teneat peccatum jejuniare. Ita Com. Unde jejuniū Ecclesiasticus non includere ex natura abiliter, nisi per laetitiam, docent ex nouissima Vitudi, part. 1. tract. 23. diff. 2. n. & Porta, de jejuniis in adit. nu. 7. cum Sane Leander & Marcius qd. super cap. 3. Regule D. Francisci & Melchioris vers. circa quorū. Ex Summis vero, & Canonitis, tenet communior nempe D. Thomas, Bonac. Fillie, Diana, Tamburini & innumeris ali apud Leandrum de jejuniis tr. 5. diff. 2.9. & 2.5.

Imo Port. n. 8. addit. jejunium Quadragesima non includere in abstinentiam à lacticinio, sed eam esse distinzione quasi praecipuum, ex cap. denique 6. dist. 4. Hinc qui in Quadragesima frangit jejunium, & lacteum comedit, duo distincta peccata commitit; & cessante ex aliqua causa praceptum jejunii, non cessat exinde praeceptum abstinendi à lacticinio, ut. num. 281. Et 1850.

285 Non secundum; quia praeceptum Regule cap. 3. non exprimit abstinentiam a laetitieis, sed purum jejuniu[m]; Jejunium est festo omnino Sanctiorum usque ad Nativitatem Domini, &c. alii autem temporibus non tenentur, nisi festa feria, jejunare. Adeoque cum tunc in odiis, & laeticie finit (e probatis) compossibilita cum jejuniu[m], ac praecepto non exprimantur, sub eo non comprehenduntur.

Hinc

dari declarationem (supple tu Eugenii IV.) ita
iure communis, quo non precipit abstineria ab
eius ovoi, & lacticiniorum extra Quadragesimam:
ideo praefixa confutandis estatim omnis obli-
gatio. Ex quo interfuit, nec estatis esse de-
claratorum Regule, nec Eugenium concessisse
facultatem Capitulo Gruerat condendi sta-
tutum obligans ad culpam mortalem: alias
autem deinde Malorum nullum colla-

2866 Ceterum hoc gratis dato, omne tollit dubium Bulla Sixti IV. n. 2831. relata,

que decernit, statuta, consuetudines, vel declarations Ordinis præter Regulam, etiam auctoritate Apostolicae roboretur, non obliga- re sub culpa mortali, aut censura: ibique de- rogat omnes constitutiones etiam Apofolicae in contrarium. Unde facultas Eugenii, gra- tis dato, quod esset data Capitulo ad declaran- dam Regulam, nullius esset roboretur, quia si- stitutio, sicut etiam aperte videtur.

cum fuerit prior Sexto IV. per annos quadra-
ginta, fuit expresse derogata per Bulla Six-
ti, quam amplectitur tota Religio cum suis
expolitoribus, Melphi cit. Miranda, Pott. &
alii apud ipsum, ac denum Corduba, in in-
troductione questi. 6. §. sed & notandum: vid-
etur. 151.

2867 Cum igitur constet , Franciscanos non teneri sub mortali ex jure communii Ecclesie , aut Regule , ad abstinentiam ab ovis & lacticiniis , in jejuniis extra Quadragesimam videndum maneat , an teneantur ex consuetudine .

2868 Et non teneri ex consuetudine, probarus quia consuetudo, ut obligat sub mortali, debet esse intructa animo se obligant ad mortale: ut ex n. 240. ita ut si de huiusmodi animo non constet, standum sit pro libertate; ex num. 23. Tamb. de *jejunio* cap. 5. §. n. 22. & com. Id autem non constat de consuetudine, de qua est sermo.

2869 Non dicas, non posse aliud assignare
motivum hujus introducere consuetudinis, nisi
animus se obligandi, motivum namque fuisse
fervor devotions.

Probatur. I. Quia in Franciscanis ligavit
vigintiquaque preceptis obligantibus ad mor-
tale, nulla consuetudo potest rationabiliter
præsumi introducta animo se obligandi a
mortale.

2870 Hinc ipse Melphi in Com. c. 2. stat. 7

in partem in 2028.
865 Quartu, ex Melphi in com. c. 3 nr. 13.
qui commentatio praefatum statuum de
855. adducit facultatem, & verba Eug.
num. 284. quibus immediate addit: *Circum
verborum seriem, notaendum primo fun-
Examen Ecclesiast.*

q. 1. plures refert confutationes in nostro O-
dine, quas (ait) non debere profumi else si
troducetas animo se obligandi ad mortale:
inter alia docet cum Mirand. in Reg. c. 56. d.
& Corduba, non peccare mortaliter Fratres.

V. Mi-

Minorem dormiendo sine habitu, non obstante confutudine in contrarium, & Statuto cap. 2. §. 9. n. 12. Niclaio III. & Julio II. confirmato: *Qui sine habitu, capuccio, corda, & fons moralis, nisi causa infirmitatis, de consilio Meistici, & licentia Superioris, dormierit, coram fratibus capitularibus congregatis genuflexus, sine capuccio, in pane, & aqua seneret.*

Quod docet iij verbis: *Facit quidem mibi maximam vim ista perpetua, & solemnis conuentu, quam fortassis semper Misericordia Religio conservat. Quia tamen nolo aliorum confientium laqueos impere, & quibus illos possum, & debeo extrahere, Dico, hanc conuentum non obligare ad pectacum.*

Unde concludit, predictam confutudinem & relationem statutum importare debitum honestatis, minima constitutis, videlicet peccati mortalis. Quam doctrinam firmat auctoritate Bullae Sixti IV. cap. & in n. 282. relate, quia statuit, statuta, & confutudines nostri Ordinis, etiam auctoritate Apostolica roborata, non obligare sub culpa mortali aut censura.

(Nec valet dicere) Obdit idem (quod potest se peccare mortaliter aliter operantes, quia hic timor ex ignorancia procedit, vel conscientia scrupulosa) v. n. 486.

Quae omnia militant partem in re nostra de confutudine abstinenti à lactuciniis in jejuniis extra Quadragefimam.

287 Secundo: quia in jejuniis quatuor temporum, & Vigilarum, quia à precepto Ecclesie præscribuntur, adit, confutudo abstinenti à lactuciniis, & tamen non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis. Ita Pafugilus, Navarr. Sanch. Diana, Tambur. & innumeris alijs apud Leandrum & Santissimo Sacram. de jejuno tr. 4. dif. 3. q. 5. Cum autem præcepta, & jejuna Regulae non magis obligant, quam præcepta, & jejuna Ecclesie, ut docet Corduba cum ceteris expeditibus, quos sequitur Longus. c. 3. contra 9. fet. 4. n. 3. ideo sequitur, quod sicut confutudo in jejuniis Vigilarum, & quatuor temporum, non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis; idem dicitur de confutudine jejuniorum nosse Regula extra Quadragefimam.

287 Tertio, quia etiam in Dominicis. Adventus est confutudo in nostra Religione abstinenti à lactuciniis, non minus quam diebus jejunii; & tamen nullus dicit, quod sit introductio animo se obligandi, sed ex fervore devotionis, igitur, &c.

287 Quarto, demum constat ex verbis

ipius Bullæ Sixti IV. ubi Pontifex referit positionem, in qua per fratres fuit exppositum, quod plures erant declarations, constitutio[n]es, & confutudines præter Regulam, ferme devotionis factæ, &c.

Hinc Doctores num. 287. citati, & ex nostris, Villalobos, & Leander de Murcia g. 8. cap. 2. Regule S. Francisci, docent, universitatem in jejuniis extra Quadragefimam, cuiusmodi sunt jejuniū Adventus, & Feriae sextæ, confutudinem abstinenti à lactuciniis non esse introductam animo se obligandi, sed ex fervore devotionis.

287 Et noster Portellius verb. jejuniū in addit. num. 7. concludit: *Et probarib[us] opinio[n]e, neque de confutudine interdicti in die jejuniū lactucinia extra Quadragefimam.*

287 Quid si petas: Quomodo bante clara declaratione Sixti IV. contra confutudinem expostores moderni n. 283. citati, & dicant, quod in abstinentia à lactuciniis in jejuniis extra Quadragefimam standum sit sub mortali confutudini Regionum?

Hic petitioni noli ego responderem, sed solum referre respondonem, quam dicit Corduba in introductione Regule, q. 6. pag. mbi 33. & 34. verf. 5. & nos tam, quod Sixtus IV. in p[ro]p[ri]o circumspecta. Ubi postquam referit altam declarationem, & dispositionem Sixti IV. & alias Nicolai III. Clem. V. & Joan. XXII. hac habet:

Pater etiam ex dictis, quod de doctoribus aliquibus, seu expostoribus regulæ, aut de eorum dictis, non est curandum, quomodo contra aliens contenta in predictis tribus declaratione. Nicolai III. & Clem. V. & Joan. XXII. Quoniamdam exigit, aliquoquantum: quia aliqui eorum, utp[ro] Bonaventura, Hugo, & quatuor magistri, & alii, fuerunt ante predictas declarationes. Ideo non mirandum, si aliter aliquando loquantur, antequam estet per Ecclesiam aliter dispositum, aut declaratum.

Alii autem Doctores fuerint post predictas declarationes, & forte ex inadvertencia secundum priores expostores, aliquando latenter locuti sunt contra predictas declarationes. Ideo, ut dictum est, de eis non est curandum contra predictas declarationes, quia habent primum locum, ut patet ex dictis hic, & in questione precedentibus.

COCHOLATAM

287 Jejunum non frangere, abique illa imitatione tenet Thomas Hurd. & quamplures Doctores apud Tamb. rom. 1. pag. 135. Dianam, & Leandrum citandos; quia habet rationem potus; si accedit confutudo, & timoratorum usus sine scrupulo.

Mibi

287 Mihi tamen valde placet sententia Lit. and. de præc. Eccl. i. 5. disp. 5. q. 9. Diana p. 11. trid. 53. Remigii, & Eleazar apud ipsos: nimur cocholatam non frangere jejunum si id, quod est cibi, misericordia aquæ in minori quantitate, ita ut aqua predominetur, v.g. si flex uncus aquæ mitteatur unciu[m] omni com diu[m] cocholate, & media uncia facchari: frangere vero jejunium, si id, quod est cibi, misericordia aquæ in aqua, aut majori quantitate, ita ut predominetur cibus. Ratio non defumtur ex parvitate materia; alias in primo casu cocholata non possit femel fumi fine veniali, nec plurimi eadem die sine mortali, ex m. 284. sed ex ratione potus; & cibi; nam cocholata primo modo habet rationem potus, quia prædominatur potus; secundo modo habet rationem cibi, & comestoris, quia prædominatur cibus. Tum qui tunc vide opponit fini præcepti, quod est maceratio carnis; nam tunc cocholata est præ ceteris nutritiva, & elevativa proprium vitium.

287 Idem dico de aqua dulci, vulgo Sorbetum.

287 Prima autem opinio de cochlata ob auctoritate extrinsecan gravissimarum Doctorum, & timoratorum conseruandam confutabili probabilis.

288 Pinguedo, nempe sagittum, & lardum computantur inter ova, & lactucinia. Diana p. 1. trid. 9. ref. 21. & plures ad ipsorum. Quibus accedit confutudo Regni Siciliae.

288 Qui in Quadragefimam comedit ova, aut lactucinia, peccat quando, si non habeat Billum, aut necessitatem; sed non frangit jejunum, unde tenetur ad jejunium; quia lactucinia prohibent præcepto distincto à præcepto jejunii, & ex propiore dicuntur stare cum jejunio: v. n. 2857.

DIFICULTAS EST DE CARNIBUS

288 Aut scilicet dispensatus à carnibus; si dispensatus à jejunio?

A Firmant Diana p. 1. trid. 9. ref. 25. Fillius. A Tamb. & innumeris alijs: quia non potest quis esse obligatus ad aliquid, ad cuius essentiam non obligatur; adeoque, cum abstinentia à carnis sit de essentiā jejunii, ut patet ex ejus definitione n. 282. sequitur, quod non obligatus ad abstinentiam à carnis, qualis est dispensatus à carnis, non sit obligatus ad jejunium: quam rationem insolubilem vocant.

288 R[es]pondere cum distinctione: dispensatus ad carnes ob debitum virtutem; & ad eas recuperandas, est dispensatus à jejunio; minime, si sit dispensatus ad carnes, quia cibis-

uni sint ei novicii. Rodriq. in summa cap. 24. Ag[usti], Bonac. & alii.

Ratio est: quia in primo casu habet necritas duplicitas conditionis, non sic in secundo.

2. Quia ex eum cum dilecti: dedolo, & consumata, dicitur, quod præceptum Ecclesiæ, licet non possit in totum servari, fit servandum in parte, quia potest servari.

288 Non obstat ratio in oppositum. Ex absurdio, sequentur enim ex illa: quod dispensatus ab una comitione ob longum iter, efficit dispensatum ab abstinentia à carnis, quia non minus est de essentiā jejunii: unica comitio, quam abstinentia à carnis. 2. Ex ratione, quia jejunium est unum per aggregationem, & præceptum dividum, includens duo præcepta distincta, unum de una comitione, alterum de abstinentia à carnis; unde si cefas obligatio ab alio, nisi adit pro utroque necessitas, Videlicet in solubilitatem rationis oppositæ: v. n. 254. 2846.

DE COLLATIONE.

288 C Ollatio, seu refectiuncula vespere facienda, ex confutudine ob vivum debitatem, & ob somnum capiendum introducita, atque à Sancta Matre Ecclesiæ benigna permisa.

288 Ex confutudine, & præxi timoratorum sumi possunt unice oculi cibi. Angli s. & Maitris, dicunt, quantitatem remittendam esse prudentie particularium, iuxta diversitatem complexionum. Permittunt pro collatione fructus, leguminas, & alia ex baccharo, ac meli confecta, Bonac. cum pluribus vult, in collatione non tam intendendam esse qualitatem, quam quantitatem. Permittunt unus, vel alter pifcillus parvus, & parum caeli. Omnino tamen abstinendum est ab ovis: quia ova sunt valde nutritiva, & carni affinia, ut potest carnis semen, adeoque collationi repugnat; unde contraria opinio est contra bonos mores, & scandalo.

288 In Virgilia Nativitatis Domini, & Paschatis, sumi potest collatio duplo maior ratione letitiae, Leander de jejun. dif. 4. qu. 15. & 18. Tamb. rom. 1. p. 137. n. 7.

288 Quantitas cibi in collatione permissa, potest permerci cum vino.

QUE RÆS,

288 Aut possit quis quantitatē permisum, nempe unicus oculo panis in aqua, aut alio liquore non vestito oculum pro collatione sumere?

N Egat Fillius. tom. 1. trid. 27. part. 2. c. 2. n. 21. quia coctio notabiliter transmutat aquam, ut ex illa, & pane fiat onus cibus solidus, adeoque aqua haud amplius retinet.

V. 2. ra.

rationem potus, sed cibi, quia non facit pura misio panis cura vino sine coctione.

Affirmant Diana p. 9. n. 6. ref. 29. Leander de jejua. n. 5. disp. 4. q. 35. & plures apud illos: quia aqua etiam post coctionem cum pane semper remaneat liquor, & vehiculum alimenti. Tum quia non auger substantiam cibi in ordine ad nutritionem, quod in refectuenda attenditur; adeoque sicut possunt pro refectione sumi seorsim, ita simili post coctionem.

Eicobat cum aliis media via incendis, concedit, post licite pro refectione sumi ex parte concordias duodecim, quia illae excessus pondere, cuius proveniat ex aqua, est exigui nutrienti. Quia opinio magis mihi placet, quam que absoluta affirmat: quia ut ait Tamb. to. 1. lib. 4. cap. 5. §. 3. n. 2. tota quantitas panis costata cum aqua, licet non plene nutrit, plene fatur: quod etiam in refectuenda attenditur.

CAUSÆ EXCUSANTES.

A 2890 Jejuno sunt *Impotensia*, *Labor*, *Pietas*. Ob *impotensiam*, quis excusat, quoties ex jejuno adest perculpum notabilis damni. Hinc excusat. *i. Juvenes*, qui 21. atatis annum non compleverunt, quia ratione incrementi, majori indigent alimento; quia tamen coram curam habent, curare debent, ut in Quadragesima jejunierit, aut bis in hebdomada; idque ex consilio, ut ad jejuniū inserviant; ad abstinentiam vero à carnisibus obligantur omnes post annum septimum.

2891. 2. Excusant *Sexagenarii* incepto anno sexagesimo, licet apparent robulis: quia tunc in re virtute declinanti, quoniam *senectus* i/pa est *meritus*. Tenentur vero abstinenre à carnisibus.

2892. *Religiosi Franciscani* obligant sub mortali à die profissionis, etiam ante annum 21. ad jejuna Regula, nempe Adventus, Quadragesima, & Feria 6. minime ad jejuna vigilium, & quatuor temporum, quia de his Regula non loquitur. *Sexagenarii* vero ab omnibus jejuniis excusat. Ratio est: quia pro juvenibus magis habet locum pietas, & privilegium, cui per professionem voluntarie cesserunt; pro ipsis vero magis, & totaliter, habet locum necessitas. Idem dic de jejuno perpetuo ex voto: quia licet votum obget secundum intentionem voventis, per accidens debilari potest votum ratione necessitatis, & incapacitatis subjecti, Leander de jejua. Port. ver. *jejua*. n. 5.

2893. 3. *Pauperes*, qui non habent sufficiendum cibum pro julta refectione; vel quia alium cibum non habent, nisi veritum, nempe car-

nés aut ova; quia benigna Mater Ecclesia non intendit vota die ad panem, & aquam, & pauca legimina illas adstringere, aut alimentum virtutis sustentandis necessarium subtrahere, Atdekin ex Diana.

2894. 4. *Infirmi*, *consolentes*, *pregnantes*, *lacantes*, & alii, qui ad necessarias vites maiori indigent alimento. Qui ex somnac vacuatae passuuntur, capitis dolorem, aut vertiginem. Item qui nocte dormire, aut calefieri nequeunt: qui tamē si possint, tenentur incommodo obviare, faciendo collationem manu, & compositionem vestrum. Ita Ardekin. Sed non possunt comedere carnes. Ita.

2895. *Labor* excusat, non omnisi, sed si sit

latus, ut judicio prudenti sit incompatibilis cum

jejuniō: aliqui non adierit necessitas; & à jeju-

nio non excusat, nisi necessitas.

2896. Hanc excusat Fabri Ferrarri, Ge-

mentarii, Lignarii, Pistoris, & similes exer-

centes artes laboris. Non excusat autem

exercentes artes sedentiaras, aut qua non tan-

tam corporis agitationem requirunt, ut jejuniū restringere non valeant: hujusmodi sunt Sar-

tores, Sistores, Tonores, Pistores, & similes,

v. in pag. 2. prop. 30. ad Alex. VII. dann.

2897. Leander de jejua. aif. 8. q. 144. 155. &

56. cum aliis docet, defatigatum ex labore volun-

tarii aliquid impetu: v. g. lulu pilæ, vel etiam ob-

inhonestum finem: quia v. gr. plurimi resu-

huit cum muliere, cum pravissima futura im-

potentia ad jejunandum, nedum non teneri ad jeju-

nium, sed neque peccasse in causa contra pre-

ceptum jejuniū. Imo Ardekin tom. 2. pag. 313. &

citans pro Diana p. 1. n. 9. ref. 42. id temet

etiam defatigatio fuerit facta in fraudem jeju-

nii; quia illi intentum folum le posse in statu,

qui extra obligationem jejuniū. Quod con-

firmat ex eo, quod ad evitandum jejuniū,

aut auditonem Sacri, potest quis transire ad

alium locum, ubi jejuniū non obligat, aut

fustum non celebratur.

2898. Hac autem opinio semper mihi visa est

nimis laxa: quia praecipuum, quod formaliter

praecepit, aut prohibet aliquam actionem pro certo

tempore, virtualiter prohibet pro eo tempore

omnia opera incomponibilis cum impletione

praecepti. Ac proinde.

2899. Dico: quando defatigatio, v. g. lulus:

pila, est aliquid tempore remoto à die praecipiti

jejuniū, nec teneris ad jejuniū, nec pec-

cas in causa: quando vero est aliquid tempore

proximo die praecepti, non teneris ad jeju-

nium, nec peccas non jejuniando, quia es

factus impotens; peccasti tamen in causa contra

praeceptum jejuniū; quia praecipuum jeju-

nii est mortaliter praesens, adeoque virtutibus

obligata.

De II. Praecepto Ecclesie.

obligat ad non ponenda, sed vitanda impedi-
menta, à quibus commode abstinerre potes;
multo magis si defatigatio est aliquid edem
die praecepti: non sic in primo casu; quia prae-
ceptum non est mortaliter praesens, sed remo-
tum: v. n. 2804.

2900. Quod si non esset verum, sequeretur,
quod si quis tempore, quo praeceptum auditio-
nis Sacri est praesens, aliamceter opus incompati-
bile, à quo commode abstinerre potest, omisso
Sacri non esset peccatum, nec in fe, nec in cau-
sa, ob eandem rationem.

2901. Exempti *cautori*: si die Veneris & secundum alios die Sabatii egrediaris ad

venandum in nemore valde ab Urbe remoto,
ubi opportunitas audiendi Sacrum non adest,
ac inde pravedias futuram omissionem Sacri

Dominico, non erit reus omissionis Sacri,
& peccati: non quidem in ipsa omissione, quia
die festi repetitis impotens: neque in cau-
sa, quia tunc non obligat praeceptum ad

non ponendum causam impeditivam: non
enim erat actu, aut mortaliter praesens, & si
non urgebat de proximo. Si vero egrediaris

post Sabbati, aut aliquibus horis ante medianam
noctem Dominicam, reus erit peccati omissionis
Sacri in causa, quia iudicio prudenti cum
non confutetur mortaliter distantia à die Domini-

co, praeceptum audiendi Sacrum tunc conser-
tur mortaliter praesens, & consequenter de
proximo urgens ad non ponendum causam
omissionis futura de proximo, Tamb. tom. 1.
lib. 4. c. 2. §. 3.

2902. Hac dicta sunt de operibus, à quibus
commodo abstinerre possumus: nam ut rite Ca-
jetan docet, non tenetur quis ob praeceptum jeju-
niū omittere opus, ad quod incumbit obligatio
falsum notabitur.

2903. Quantum ad *advenas*, & *viatores*, di-
ceo eas non teneri legibus, & confutudinibus
particularium locorum, nec inde ad jejuniū
locorum, per qua transeat, non animo ibi
habitandi majori parte anni, nisi adit scandala-
tum, aut nisi sint universalia, n. a. mon. 162. ad

164. in 2. tom. p. 526. n. 206. & supponito, quod

si veri viatores, à peccato enim in causa eos

non excuso, si id facient in fraudem praecepti;

ut illud declinet, ut in simili dixi in rom. 2. pag.

527. n. 212. potest enim quis volens à jejuniū se

liberare die 2. Julii, quo Panormi fit jejuniū

vigilia D. Jacobi, accedere Montem

regalem, & non jejunare, quia ibi non fit

jejuniū eo die, & ipse est advena; sequenti

vero, quo ibi jejunatur, redire Panormum;

necejjunare, quia hic ratione testi non jejuna-

tur eo die: quis autem maior dolus, & collu-

sio praecepti?

Examen Ecclesiast.

2904. Et quamvis Diana part. 1. n. 9. ref. 19. &

10. ref. 14. & plures Doctores, quos refer-

Tamb. tom. 1. lib. 4. c. . §. 2. n. 12. id teneant, di-

centes, quod non peccet quis, si, nedum die
precedenti, sed etiam si codem mane jejuniū,

aut festi, à loco jejuniū aut festi ad alium se

transferat, etiam in industria, ut à jejuniū, aut

auditione Sacri, & ab abstinentia à servibus

se libertat; hac ducti ratione, quia obligatio

ejusmodi extenditur ad totum diem, & obligatio

auditionis usque ad meridiem, & utique ad

meridiem potest differri; ac proinde intra illud

tempus potest quis uti iure suo, & ad alium lo-

cum perget, ubi non est obligatio, & sic ab ea

liberare.

2905. Nullo pacto volo huic opinioni adha-

re, sed cum peccare affirmo cum Rodriq. in

tom. 1. lib. 2. 219. n. 2. Ledefim. Eman. Sa. Fer-

andez, & aliis apud Dian. & Tamb. cit.

Mea resolutio maxime firmatur paritate de

ab solutione à causibus reservatis, defuncta ex

Bulla Clem. X. Suprema, de anno 1670. ubi in

§. 6. decernitur:

(Et habentes facultatem absolvendi ab omni-
bus causis Sedis Apostolicae reservatis, non
ideo à causa Episcopo reservatis posse absole-
vere. Post autem Regularem Confessorum in
ea Diocesum, in qua est approbat, conflu-
entes ex aliis Diocesibus à peccatis in ipsa reservatis,
non autem in illa, ubi idem Confessor est
approbat, absolvere, nisi eodem Penitentia-
mōrē noverit in fraudem reservationis ad alienam Diocesim per absolutionem obtinenda mī-
grare.)

Ubi industria accessus ad alienam Diocesim,
ob finem absolucionis à reservationis, dicitur fraus;
sed in re nostra. Unde

2906. Ratio intrinseca est: quia licet quan-
titate est ea fei quis posuit uti iure suo, & sic v. g.
uno die accedere Panormo Montemregalem,
altero die Montegagli redire Panormum p
nemo tamen habet jus utendi actu in fraudem
legis, quia jus nostrum est subordinatum legi,
ex n. 42. Et ex iure, ex dictis supra n. 754. fraude
nomini patrocinatur.

Unde, cum eo die urgeat Panormi prae-
ceptum commune de jejuniū Vigilia Apolloli,
non potest quis uti iure accedendi Montem-
regalem, & inde die sequenti, quo urgat
ibi, recedendi ex industria, quod idem est
acte in fraudem jejuniū; quia jus hominis de-
bet cedere legi.

2907. Opinioni Diana adhaereo, si talis ac-
cessus, & redditus fiat ex vera causa, ut se-
quitur ex eadem paritate, ex Bulla Clem. X. de-
fensus: v. n. 163. & 164.

2908. Excusat ex jejuniū itinerantes, pede-

V. 3. ita

ster per maiorem diei partem, seu per duodecim milliaria, Diana in somma verbis. *jean. n.31.* Non excusat, si equitando conseruatum unius diei iter conficiantur; bene vero, si negotio coacti valde excedens iter conficiantur, aut si per plures dies coniugios equitare, ut inde praevident vires debilitandas, Leander de *jeun. d.8. quæst. 101. v. pag. 3. prop. 31.* ab *Alex. VII. damn.*

2009 *Pietas* tandem excusat, quoties opera pietatis, & misericordiae, tam corporalis quam spiritualis, cum jejuno sine gravi incommodo perfici non possunt. Hinc excusat *Concordatoe Quadragefima*; minime qui in solis Dominicae concionantur, nisi sint vaide debiles. *Lectores*, & *preceptors*, quorum labor est nimius, aut complexio debilior. *Confessarii* debiles & suo muneri afixi. *Cantores*, qui ex officio canendi vivunt, & jejunio reddenterum inhabiles. His Sanchez concedit in *Quadragefima ova ad vocem servandam. Scribe*, qui tota die ex officio scribunt; qui tamen debent suas vires confidere, an vi-geant.

2010 Ceterum tam cum praefatis, quam in dubiis, omnes tollit scrupulos superioris dispensatio: *v. n.222.*
Scotus in *d.4. qd.8. quæst. 3. lit. E. M. Mastr. in Theol. mor. moral. dif.12. q.5. Joan. la Crux. pag. 61. Bonac. tom. 2. pag. 403. Tamb. tom. 1. pag. 132. Leander de *precept. Eccl. n.5. Bul. lib.3.str.6.cap.3. Fenech. Clericatus n.110. Mendo ver. jejunium.**

DE III. PRÆCEPTO ECCLESIAE.

Confiteri semel saltem in anno, & communicare in Paschate,

2011 *Q*uilibet fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerint, sub mortali confiteri, tenetur semel saltem in anno: iustifici, si confiteatur in Paschate: quod si tunc non faciat, debet postea, ut verum sit, quod confiteatur semel in anno. Item tenetur quis præcepto divino confiteri. 1. In articulo, aut pericolo probabilis mortis. 2. Si prævideat postea non habitum copiam Confessarii. 3. Si finit in mortalitate, & velut communicare. De quo *fe* *n. tom. 3. n. 279.*

Si non habeat mortalitate, non ligatur hoc præcepto, quia non tenetur confiteri venialis; unde sufficit, si se præfert Confessario, dicens, ut non habere materiam necessariam: *v. num. 187.*

2012 Qui solum habet Confessarium igna-

rum sui idiomatis, non tenetur confiteri per interpres ad satisfacendum præcepto; bene vero in articulo mortis: quia tunc tenetur fibi providere futuri & meliori modo, quo potest: *v. n.209.*

2013 Nomine anni per Brancatum, & de Lugo venit annus naturalis, computandus a Januario. Per Bonaciam, & Misstrum venit annus Ecclesiasticus, ab uno Paschate ad aliud.

Scotus in *d.4. 17. lit. E. M. Mastr. in Theol. mor. d.12. q.2. art.2. Tamb. in Meth. Conf. Joan. la Crux. pag. 392. Bul. lib.6. str.4. cap.3. *dub. 2. Leander de precept. Eccl.**

C O M M U N I O

2014 *E*st duplex, *Spiritualis*, & *Sacra-mentalis*. *Spiritualis* est, que fit per votum, & desiderium effectus Eucharistiam suscipiunt. *Sacramentalis* est, que fit per realem Eucharistie assumptionem, ex D. Bonav. in *d.4. g.2. Communio spiritualis est manducatio spiritualis Eucharistie*, & affectioen chayratis. *Communio sacramentalis* est manducatio corporalis Eucharistie, que fit ore corporis.

2015 Qui facit communione spiritualem debet esse in gratia, scilicet per contritionem; nam deliderare effectuierit communicare in statu peccati mortalis, et mortale. In praefatis est finis de communione sacramentali.

2016 Hoc præcepto Ecclesiastico quilibet fidelis sub mortali tenetur ab anno saltem peribaris Eucharistiam semel lumere in Paschate, & dominica Palmaturam usque ad Dominicam in Albis inclusive in sua Parochia, aut in Cathedrali: *v. n.187.*

2017 Qui non communicaverint in Paschate, tenetur postea, quamprimum commode possunt, communicare eodem anno: quia tempus Paschatis non est appositum ad finiendam, sed ad sollicitandam obligacionem.

2018 Potest Confessarius justa de causa suo presenti tempus communicandi post Pascham differre; & tunc tenetur penitentem ex vi ejusdem juxta Confessarii dilationem communicare.

2019 Vagi, Peregrini, & Adveni possunt ubilibet intra præfatum tempus præcepto satisfacere.

2020 Die Resurrectionis, aut Jovis sancto, possunt fideles ex devotione communicare in qualibet Ecclesia, dummodo intra illud tempus unam Communionem faciant in

Pa-

Parochia, aut alibi de licentia Parochi. *Tamb. tom. 2. p. 430. n.48.*

2021 Teneat agrotus ex præcepto divino in periculo vita constitutus Eucharistiam sumere per modum Viatici, medicorum iudicio, etiam non jejunio.

2022 In eadem infirmitate & periculo potest plures Viaticum sumere, dummodo saltem decem, aut quindecim dies intercedant. At non potest plures Sacramentum Extreme Unctionis recipere, quia Eucharistia est Sacramentum refectionis, & nutritionis spiritualis, quo homo potest plures indigere, non Usuello. Si vero infirmus convalescit, & postea denuo infirmatur, & in alio vita periculo constitutus, denuo potest Extremam Unctionem recipere.

2023 Qui mane ante periculum ex devotione communicavit, si superuenire periculum, tenetur eodem die per modum Viatici communicare, ut satisfaciat præcepto divino.

2024 Perpetuo amentibus, sicut non potest concedi Communio, ita neque Viaticum. E converso semper, si tollitis, phrenescis, sicut potest concedi Communio, si non sit periculum vomitus, indecentia, aut irreverentia, ita debet ad Viaticum: item die amentibus, si intervalum rationis habeant.

2025 Puers intra latitudinem decimi, & quartodecimi anni debet dat Vaticum, sicut datur Extreme Unctio.

2026 Item possunt, in oblatione communiciari pueri novem, aut decem annorum, si super mysterii huius, & facta Communione sint plene eruditæ, & de reverentia donu' datur: *v. n.278.*

2027 Potest quis communicare ante periculum penitentiam Sacramentalem: sufficit enim, quod sit in gratia: vide in pag. 8. prop. 22. *& 23. ab Alex. VIII. damn.*

2028 Pollutio nocturna involuntaria per se non impedit Communionem, nec copula coniugalis nocte precedente, nisi reliquerit mente perturbata, & spiritus sensuvale commotus, quo etiam præfatio, consilium est Communionem differe.

Copula vero fornicatio impedit, nisi alii necessitas, aut rationabilis causa poteat; ut si Sacerdos sit obligatus ad celebrandum, aut si Jubilatus lucrandus, &c. & licet post patrum grave peccatum, debeat quis eo die à Communione abstineri, ut alio die cum majori reverentia, & decentia accedat; si tamen potest in gratia per Communionem eodem die communere, non peccat mortaliter.

2029 Quantum ad effectum. Sacramentum

Eucharistie. 1. Dat per se augmentum gratie; per accidentem vero aliquando dat primam gratiam fanflicientem; ut si quis bona fide putans esse in gratia, in qua revera non est, accedat cum attitione ad hoc Sacramentum, recipit primam gratiam, & peccatorum remissionem.

2. Dat auxilia ad viagandum peccata, ad resistendum temptationibus, & concupiscentiam refragab. 3. Delet venialia: *v. in pag. 6. prof. 56. ab Innoc. XI. damn. v. in tom. 2. de Sacrif. Miss. præfert. à n. 279.*

Q U A R T U S.

2030 *Parochus accedit ad communicandum infirmum, qui ei dixit a velle confiteri. Confessus ei duo peccata contra legem naturæ, subdicens se tantum accusare: & doleat de illis, minime de peccatis contra legem gratie; sed postulatus est, se non credere Sacramentum: & montus, ut respiceret: notuit, An Parochus debet, cum communiceat?*

V Idetur, quod sic; ad vitandam infirmitatem apud adstantes, qui cum tenent Catholicon.

Dico: nullo pacto debere, aut posse. Primo: quia in falso casu Sacerdos non tenetur ad sigillum Sacramentale, nam illa non est Confessio; non est enim accusatio in ordine ad absolutionem Sacramentalem, quia illa non creditur ad Sacramento Penitentie, sed Confessionem adsumit ad medium ad vitandum infirmitatem apud adstantes. Secundo: quia non debet frui privilegio fori, qui forum recusat. Tertio: quia Parochus Sacramentum Eucharistie nondum periculo contempnis formaliter exponeret, sed certo morali periculo traduceret: contra exterum contemptum formalem Sacramenti clamat ius Naturale, Divinum, & Canonicum, quod prævalet iuri naturali fame infirmi. Non est enim bonus, panem Angelorum dare canibus.

Quarto: quia jus, quod habetur ad famam, etlet tantum ius naturale, cui prævalet ius fideli ex tom. 2. p. 540. n.461. Hinc Parochus tenetur eum revelare, in parte hereticum formale, quia jus naturale non exculcat a denunciando hereticum formalem; *tom. 2. pag. 542. n.282.* Quod dico, etiam si hereticus nunquam ante exterraverit, nam exterratio illa sunt facta animo hereticali, non enim erat parsatus corrigit: *v. tom. 2. p. 543. n.282.*

Etad ratione, si ancilla Turca fingens apud suos dominos le Christianam, accedat ad Confessarii petens absolutionem, ne manifestetur, Confessarius non potest eam absolvere, nec tenetur ad sigillum Sacramentale, quia Confessio illa non est Sacramentum; et maxime quia mulier illa non habet Baptis-

simus,

sum, qui est janua omnium Sacramentorum. Scotus in 4. d. 9. q. 2. art. 3. Tamb. tom. 2. in Matth. Comp. pag. 426. Joan. la Crux p. 340. Bufeib. lib. 6. tr. 3. cap. 2. art. 3. Leander de Pr. Eccl. Clericatus c. 111.

DE COMMUN. QUOTIDIANA

A Gunt D. Bonavent. in 4. d. 12. q. 2. & Scot. in 6. d. 14. qu. 10. l. R. Infusor adest De-cremum tenoris sequentis.

DECRETUM

S Ac. Congreg. Card. Sacr. Concil. Trident. Interpretum, ex mandato Innoc. XI. circa Communionem quotidianam, & Confessionem veniam.

2931 Cum ad aures Sanctissimi D. N. fidei di-gnorum testimonio perverterit, in quibusdam Diebus vigeat ultro quotidiana Communio, etiam in Feria sexta Paraclete, & simili astutiori, tandem quotidiana Communio, praeceptam esse a jure Divine, qui etiam in illius administratione aliquis abusus incepsit, videlicet quod aliqui non in Ecclesia, sed in parvatis Oratoriis, & Domi, in obubantes in celo, & non laborantes nulla gravis infirmitatis nota, sumant sacerdotalem Eucha-ristiam, quam argentea theca inclusam in eru-rena, aut fecero illis deferunt Sacerdotes seculares aut Regulares; abique in Communionem accipiunt plures formas, ac particulas, vel grandiore solito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbat ab Episcopo aut Ordinario. Cum autem haec Sanctissimus consideranda commiserit. S. Con-gregationis Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, eadem Sac. Congregatio, pravia matura discussione super praedictis, unanimiter sententia ita censuit: Et si frequenter, quotidiane, Sacrae Eucharistiae usus a Sanctis Partibus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut saepius illam percipiendo, aut ab ea abstinendo, certos singulos membris, aut hebdomadis dies statuerint, quos ne Con-silium Tridentinum praeferint; sed quasi hu-manam infirmitatem fecus reputaret, nihil pre-cipiens, quid cuperet tantum indicavit; cum inquit: Oportet quidem Sacrae Synodus, ut in singulis Missis fidesles adstantes Sacramen-talis Eucharistiae perceptione communicarent. Id que non immenso, multiplicis enim sunt con-scientiarum receptus, varia ob negotia spiritus alienationes, multe & contra gratias, & Dei dona patrulus concessa, que cum humanis occu-

lis scrutari non possumus, nihil certo de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori aut quotidiana vitalis panis eis potest consuetu. Et propterea, quod ad nego-tiatores ipsos attinet, frequens ad sacram al-lationem percipiendam acecessit. Confessorum secreta cordis explorantium iudicio est reliquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequente fructu, & ad pietatem proceful, Laicis negotiatoribus, & conjugatis quod profi-cienter eorum saluti profuturum, id illis praescribere debentur. In conjugatis autem hoc am-plius animadversetur, cum B. Apollonius nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacant orationes, eos ferio admoneant, tanto magis ob Sacratissima Eucha-ristie reverentiam continentia vacandum, priu-oriori mente ad Coelestium Epularum Com-munionem sic convenienter. In hoc iugate Pastorum diligenter potissimum invigilabit, non ut a frequenti, aut quotidiana Sacra Com-munionis sumptuosa unica praescripti formula aliqui deterentur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis, quid singulis permittendum est per se, aut Parochos, seu Confessarios, sibi decernendum poterit, illudque omnino pro-videat, ut nemo a Sacro Convivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihil minus operam, ut uniusquisque digne pro-devotionis, & preparationis modo ratus, aut crebris Dominicorum Corporis suavitatem degue-ster. Itidem Moniales quotidie Sacram Com-munionem petentes admoneendas erunt, ut in diebus ex eorum Ordinis instituto praestitutis communient. Si que vero puritate mentis ente-ant, & fervore spiritus ita incalearint, ut dignae frequentiores, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis Superioribus permittatur. Proderit etiam prater Parochorum, & Confessoriorum diligenti-ent, opera quoque Concionatorum ut, & cum eis conciliuntur haberi, ut cum fideles ob-Sanctiss. Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accesserint, statim de magna ad illud sumendum preparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad frequentem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptio-nem devote studio excitantur, debere, five Laici-negotiatores sine, five Conjungati, five quinque aliis, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac divini iudicij formidine-dant ecclesiem mensem, in qua Christus est, revereri: Et si quando se minus paratos sen-cerint, ab ea abstinere, sequit ad maiorem prepara-tionem accingere. Episcopi autem, in quorum Diocesibus vigeret hujusmodi devotione erga San-tissimum Sacramentum, pro illis gratias De-

agant:

De IV. & V. Precepto Ecclesie.

313

Datum Rome 12. Februario 1679.
F. CARD. COLUMNA PRÆF.
S. Archiepisc. Brancac. Episc. Viterbi. Seer.
Die 15. mensis Febr. 1679. præd. Decr. affi-xum, & publicatum fuit, &c.

DE IV. & V. PRÆCEPTO
ECCLESIE.

Non celebrare nuptias tempor. probrik.
Solveire decimas.

2937 **N**uptie, seu matrimonia, ex Trid. fiss. 24. cap. 10. prohibentur fieri ab Adventu usque ad Epiphaniam, & a feria quarta Cinerum usque ad octavam Paschatis inc-lusive. Dictis autem temporibus solum prohibentur solemnites nuptiarum, adeoque possunt in illis sponsalia, ac matrimonia fine solemniter celebrari, non tamen sine licentia Ordinarii. Item possunt in illis matrimonia ante contracta consummari; solum namque est prohibita solemnitas, & publica benedictio in Ecclesia, Maffr. dif. 20. qu. 6. n. 89. Bonac. & alii, Clericatus c. 112.

DECIMA

2938 **E**st quota bonorum debita Ministris Ecclesie in iþorum subditum, & sustentacionem.

Soluo decimaru[m] est facienda ex fructibus omnium rerum, iuxta locorum confu-tudinem, quae solet esse diversa. Obligat sub-mortali, & ad restitutionem, nisi impoten-tia excusat, quia sic ob Ministrorum Eccle-sie labore ad fidelium utilitatem applicato-rum, atque in recognitionem supremi domini Dei.

2939 Non solvere decimas proprie non est sacrilegium, quia non est violatio rei sacrae; nam decima est summa rei temporalis ex iustitia debet, contrahit tamen ultra malitiam injuriae, malitiam irreligiositatis, seu irreveren-tiae contra Deum; quia, ut advertit D. Thomas 2. 2. q. 87. soluo decimaru[m] est præcepta, & fit ob duos titulos, minime in intentionem ministrorum Ecclesie, & in recognitionem supremi domini Dei: ac proinde qui eas non solvit, duas malitias contrahit, injuriae contra iustitiam commutativam, & irreligiositatis contra Religionem.

Matrius dif. 12. qu. 2. art. 4. Leander de prec. Eccl. 11. 6. Clericatus c. 113.